

CORPVS SCRIPTORVM DE MVSICA

3


JACOBI LEODIENSIS

SPECVLVM MVSICAE

Edidit

ROGER BRAGARD

III
(LIBER TERTIVS)



AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY
1963

AMERICAN INSTITUTE OF MUSICOLOGY
ARMEN CARAPETYAN, PH. D., DIRECTOR

CORPVS SCRIPTORVM DE MVSICA

3

JACOBUS OF LIÈGE
SPECVLVM MVSICAE

Edited by
ROGER BRAGARD

III
(LIBER TERTIVS)

Copyright 1963 by
ARMEN CARAPETYAN

Printed in the Netherlands

SPECULUM MUSICAЕ

| INCIPIUNT CAPITULA LIBRI TERTII
SPECULI MUSICAЕ.

P₁, 109r
P₂, 135v

- I. Prologus parvus in quo aperitur intentio dicendorum.
- II. De proportionum maioritate.
- III. De proportione numerorum qui ab aliis mensurantur.
- III. Dupla proportio ex duabus nascitur maximis proportionibus superparticularibus.
- V. Quod ex dupla proportione atque sesqualtera tripla nascatur proportio.
- VI. A sesqualtera proportione, si dematur sesquitercia, remanet sesquioctava.
- VII. Superparticularium proportionum quaedam proprietas.
- VIII. Demonstratio per impossibile diapason in multiplici fundari proportione.
- VIII. Demonstratio diapente, diatessaron et tonum in superparticulari esse genere.
- X. Demonstrationes diapason in dupla fundari proportione.
- XI. Demonstrationes diapente et diatessaron in maximis superparticularibus habitudinibus radicari.
- XII. Quod diapente in sesqualtera, diatessaron in sesquitertia, tonus in sesquioctava fundentur proportionibus.
- XIII. Quod diapente cum diapason in tripla, et bis diapason in quadrupla fundentur proportionibus.

III quae pro qui P₁ IIII minimis pro maximis P₂ VII In huius cap. tit. Proportionum super particularium legitur X om P₂ XIII habitudinibus pro proportionibus in huius cap. tit.

- XIII. Demonstrationes semitonium illud in quo diates-
saron duos vincit tonos non esse toni integrum
mediatatem.
- XV. Secunda via ad probandum diesim non esse inte-
grum toni dimidium sed minus integra toni
mediatate.
- XVI. Tertia via ad probandum diesim non esse semi-
tonium integrum.
- XVII. Quarta via demonstrandi diesim non esse inte-
gram toni mediatatem.
- XVIII. De tono et partibus eius per consonantias su-
mendis ad acutam partem atque gravem.
- XVIII. Quod minus semitonium maius sit tribus com-
matibus, minus tamen quam quattuor.
- XX. Quod apotome minor est quinque commatibus,
maior tamen quam quattuor.
- XXI. Quod tonus minor est novem commatibus, maior
tamen quam octo.
- XXII. Dictorum confirmatio.
- XXIII. Quod semitonium maius superet minus in com-
mate et tonus duo minora semitonia.
- XXIII. Parvus prologus in quo tangitur intentio ordoque
dicendorum.
- XXV. Quod numerorum quidam sunt primi et incom-
positi, alii secundarii et compositi.
- XXVI. Quod aliqui sunt numeri contra se primi et qui
sunt illi.
- XXVII. Quod ex numeris contra se primis numeri nas-
cantur contra se primi.
- XXVIII. Quod numeri duo contra se primi sunt in sua
proportione minimi.
- XXVIII. Quod numeri quilibet in sua proportione minimi
numerant quoslibet alios in eadem sumptos
proportione.
- XXX. Quod ubi sunt plures continuae eadem propor-
tiones, ipsarum duo et duo numeri proximi
sunt commensurabiles.

XIII mediatetam integrum in *buius cap. tit. leg.* XV diesim semitonium non esse, sed minus *pro*
diesim... mediatetam in *buius cap. tit.* XVII probandi *pro* demonstrandi, *et* semitonium integrum *pro*
integrum toni mediatetam in buius cap. tit. XVIII tam *pro* tamen P_2 XXXIII minus semitonium *pro*
minus in buius cap. tit. XXIII *P...s pro* Parvus P_2 , *spatio vacuo relicto* XXVII invenire *pro*
numeri P_1 , sed postea in inventiri corr nascuntur in *buius cap. tit.* XXX *eadem pro* eadem P_2

- XXXI. Quodsi numerorum continue proportionalium duo extremi fuerint communicantes, erit unus numerus communiter omnes illos numerans.
- XXXII. Quod numerorum continue proportionalium si duo extremi sint contra se primi, illi omnes sunt in sua proportione minimi.
- XXXIII. Quod numerorum continue proportionalium si primus non numeret secundum, non numerabit aliquis eorum ultimum; quodsi primus numeret ultimum, numerabit et secundum.
- XXXIV. Si fuerint duo numeri contra se primi, tertium eis in continua proportionalitate coniungi non est possibile.
- | XXXV. Quaecumque proportio multiplici coniungatur, tota vel erit multiplex, vel multiplex superparticularis, vel multiplex superpartiens. Pg. 136*
- XXXVI. Quod ex qualibet multiplici cum una superparticulari provenit uno maioris denominationis multiplex proportio.
- XXXVII. Quod sola superparticularium est sesqualtera <proportio> quae cum nulla multiplici multiplicem inducit <superpartientem>.
- XXXVIII. <Quod> sola multiplicum dupla proportio cum nulla superpartiente multiplicem procreat proportionem.
- XXXVIII. Quodsi duae diversae proportiones superparticularares coniungantur, composita aut erit dupla, aut superparticularis, aut superpartiens.
- XL. Quod omnis superparticularis cum qualibet superpartiente constituit proportionem tripla minorum.
- XLI. Quod maxima superpartiens potest inveniri quae ex duabus superparticularibus producitur.
- XLII. Quod superparticularium proportionum sola sesqualtera multiplicem superparticularem procreat geminata.
- XLIII. Inventio superpartientis proportionis quae duplicita superpartientem constituit.
- XLIII. Inventio <superpartientis> proportionis quae geminata multiplicem <superparticularem> componit proportionem.

XXXI fuerunt P_1 XXXII sunt P_2 XXIII simili proportione pro proportionalitate in *buius cap. tit.* possibile bis scr. P_1 XXXV iungatur pro coniungatur in *buius cap. tit.* vel superparticularis pro vel multiplex superparticularis P_2 XXXVII proportio om P_1P_2 producit pro inducit P_1 in *buius cap. tit.* proportionem pro superpartientem P_1P_2 XXXVIII Quod om P_1P_2 inducit pro procreat P_1 in *buius cap. tit.* XL triplam P_1 XLIII superparticularis pro superpartientis P_1P_2 superparticularem om P_1P_2

- P₁. 109^v
- | | |
|---------|--|
| XLV. | Inquisitio multiplicis superparticularis quae multiplicem superparticularem geminata producat. |
| XLVI. | Inquisitio multiplicis superpartientis quae duplicita multiplicem superparticularem componat. |
| XLVII. | Si duae multiplices proportiones coniungantur, composita ex illis <erit> multiplex. |
| XLVIII. | Si duae aequales multiplices coniungantur, composita ex illis erit multiplex. |
| XLVIII. | Si ex duabus aequalibus proportionibus multiplex nascatur proportio, illae multiplices exiterunt. |
| L. | Quod multiplex proportio in aequales dividi non potest nisi in multiplices. |
| LI. | Demonstratio Archytæ superparticularem proportionem in aequales partes non esse divisibilem. |
| LII. | Demonstratio Boethii superparticularem proportionem in partes aequales esse indivisibilem. |
| LIII. | Rationes aliae quod superparticularis proportio in partes aequales sit indivisibilis. |
| LIII. | Quod proportio non multiplex geminata neque multiplicem neque superparticularem procreet proportionem. |
| LV. | Quod tonus non est divisibilis in partes aequales. |
| LVI. | Amplior expositio aliquorum dictorum. |

Explicant capitula libri tertii Speculi Musicae.

XLVII erit om P₁P₂ LII divisibilem P₂ LIII sint indivisibles P₁ LIII proportionem P₂
LVI doctorum pro dictorum P₂

| INCIPIT LIBER TERTIUS SPECULI MUSICAЕ.

P₁, 110rP₂, 136v

CAPITULUM I.

PROLOGUS PARVUS IN QUO APERITUR INTENTIO
DICENDORUM.

¹ C um, in superiore libro, de consonantiis quaedam narrata sint, quaedam probata sint, et quaedam, ut probentur vel amplius et aliter quam prius probentur, reservata sint, promiserimusque, in Prologo, libro tertio de consonantiis demonstrative disserere, quae promisimus impleamus. ² Absit enim ipsius Boethii demonstrationes quas adducit de consonantiis musicum negligere. ³ Quamobrem illas magna ex parte, prout scivero, repetam in hoc libro. Sed, cum demonstrationes veris, propriis et notis innitantur principiis, more mathematico, quaedam propositiones suis in locis proponentur et exponentur, ut liquebit et valebit ad ea quae probare conabimur. ⁴ Illa autem eas respiciunt consonantias de quibus agit Boethius, non multas de quibus tractavimus.

CAPITULUM II.

DE PROPORTIONUM MAIORITATE.

¹ N ulla simplex superparticularis proportio ad integratatem attingit multiplicitis proportionis, etiam minimae.

Ad evidentiam positae propositionis, expedit scire maioritas unde veniat in proportionibus. De hoc autem Boethius loquitur sic: ² *Maiores et minores proportiones hoc modo intelliguntur: dimidia pars maior est quam tertia* (supple: eiusdem totius), ut ipsius duodenarii senarius quam quaternarius, *et tertia maior quam quarta*, ut in duodenario quater-

Incipit liber tertius Speculi Musicae om P₁
 Capitulum primum P₁P₂ In cap. primi sit. Prologus parvus om P₁
 3 veris pro veris P₂ et notis om P₂ que om P₁
 Capitulum secundum P₁ C. 2 pro Capitulum II P₂
 1 proportionis pro propositionis P₂ quo pro hoc P₂

in Prologo, *vide supra*, L. I, c. I, 38.

² Boethius, *De Institutione Musica*, L. II, c. 9 (Friedlein, p. 239, ll. 19-22).

⁸ Unde quanta est differentia inter illos, in tantum quinque toni bis diatessaron superant, hoc est in commate, quia illa est differentia commatis. Ex quibus firmiter arguitur diatessaron minime duobus tonis ac integro coniungi semitonio.

⁹ Verum est Boethium, in tacta deductione, alios posuisse numeros. Sed ego integros volui ponere numeros qui ex primis pentatonae proportionis nascuntur numeris per duodecim multiplicatis. Et ideo, ad confirmandum quae dixi, ut etiam sigillatim appareant quinque toni quos dixi contineri inter positos extremos terminos, qui sunt .a. et .d., sequens inspicciatur descriptio:

P₂, 144v

(*Vide descriptionem in tabula seorsum addita*).

¹⁰ Adhuc, cum in tacto exemplo bis diatessaron extrebas quinque tonorum teneant partes et differentia in qua quinque toni vincunt bis diatessaron in medio situetur, ponatur exemplum aliud in quo inter extremos numeros quinque tonorum continuorum distantia sit. ¹¹ Et quantum ad alterum extremorum illorum duea continentur sesquiteriae proportiones, sive bis diatessaron, ut ad alteram partem extremam appareat illa differentia quae superest de quinque tonis ultra bis diatessaron. ¹² Sumantur igitur numeri sequentes et sic disponantur primo:

P₁, 117v

(*Vide p. 44*).

P₂, 145r


¹³ Vocetur autem primus, quia maior est terminorum positionum, .a., secundus .b., tertius .c., quartus .d. Differentia vero quae est inter primum et secundum terminum vocetur .e. Patet autem ex tacta descriptione quod, inter tactos extremos terminos qui sunt .a. et .d., quinque continentur toni, inter .b. vero et .d., bis diatessaron. ¹⁴ Sicut igitur se habent .a. et .d. ab .b. et .d., ita se habent quinque toni ad bis diatessaron. Sed .a.d. superant .b.d. in differentia quae est .e., quae est differentia commatis. Ergo quinque toni vincunt bis diatessaron. Pars enim ad suum totum non attingit, cum totum maius sit sua parte; .b.d. autem includitur in .a.d. quasi pars

⁸ est commate P₁, in *omisso* ⁹ multiplicitatis P₁, *sed postea it exp* *In figura: 1) in arcu inter 708588-393216, P₁ supra pro superat differentiam ter pro differentia inter super 26281 super pro super 26281 scr et in om 2) in arcu inter 559872-524288, P₂ sextum om 3) in arcu inter 559872-497664, P₁ et om 10 inter tonorum et continuorum, P₁ teneant partes et differentia scr (vide supra), sed postea haec verba exp*

¹² In figura, in arcu inter 531441-294912, P₁ in om 13 a pro autem P₁ qui pro quia P₂ 14 differentia qui pro differentia quae P₁

deinceps. ⁸ Sicut igitur est dare duos minimos terminos cuiuscumque specifice proportionis in quibus una talis indistincta, non continuata, non multiplicata reperiatur proportio, ita dare est tres minimos terminos inter quos primo duae continuae consimiles reperiantur proportiones ut non sint reperibiles minores, et similiter est dare quattuor minimos terminos inter quos tres tales continuae iaceant proportiones, et quinque inter quos quattuor, et sic consequenter.

⁹ Verbi gratia ponatur de hoc exemplum in sesqualtera proportione, et consimiliter de ceteris intelligatur proportionibus:



¹⁰ Dicendum igitur quod primi duo termini laterales superius positi, scilicet duo et tres, sunt minimi termini simpliciter sesqualterae proportionis, et ceteri omnes, in quibus dicta iacet proportio, respectu illorum, sunt secundarii et mensurantur ab illis, sed non continetur inter illos nisi una proportio. Tres autem termini secundi ordinis lateralis in suo ordine sunt minimi termini, quia in minoribus non sunt reperibiles duae continuae sesqualterae proportiones et ceteri omnes sequentes, inter quos duae continentur sesqualterae continuae proportiones, respectu illorum, secundarii sunt et mensurant illos. Consimiliter quattuor termini tertii ordinis lateralis sunt minimi termini trium continuorum sesqualterarum proportionum, quia in minoribus reperiri nequeunt. Et idem est de quinque sequentibus lateralibus terminis, quantum ad quattuor continuas sesqualteras proportiones, et de sex terminis, quantum ad quinque continuas dictas proportiones.

⁸ duos minimos terminos... ita dare est *om* P_1 tres terminos minimos P_2 tales tres P_2